UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Tobia iusto. Cap[itulum]. lxxix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

vſq₃ hieroſolymam de perſarũ prouĩcia fue‑
rat illapſus tunc rediĳt: oẽſq₃ ſuauitate refecit.
Sicq₃ p̃cioſa crux ſuo loco reſtituit̃: ⁊ antiqua
miracula renouantur. Mortuus enĩ quidã ſu‑
ſcitatur: paralytici. iiĳ. curantur: leproſi. x. mũ
dant̃: ceci. xv. illuminant̃: a plurimis demones
effugantur: languoribuſq₃ diuerſis multi libe‑
rantur. Et ſic imperator eccleſĳs reparatis: et
regis muneribus dotatis ad propria remea‑
uit. Facta eſt autem hec crucis exaltatio. xviĳ.
kalen. octobris. Circa annos dñi. cccccc xx.

¶ De ſancto cornelio papa ⁊ mar. Cap. lxxviĳ.

Cornelius papa ⁊ martyr: na‑
tione romanꝰ et
patre caſtino Fa
biano pape in pontificatu ro
mano ſucceſſit. Et ſedit an‑
nos tres menſes. ĳ. dies. x.
Hic conſtituit vt ſacerdotes
ſiuellent pro certa cauſa iuua
re poſſent. Hic rogatꝰ a qua‑
dam lucina matrona: corpora apoſtolorũ petri
⁊ pauli de catacũbis leuauit; vbi per annũ ia‑
cuerant: poſtꝙ ea greci furati fuerant: vt dictũ
eſt ſupra in paſſione eoꝝ. iĳ. kal'. iulĳ. Et primũ
quidem corpus beati pauli ſepeliuit in predio
eiuſdẽ lucine in via oſtieñ. ad latꝰ vbi decollatꝰ
eſt. Deinde corpꝰ beati petri poſuit iuxta locũ
vbi crucifixus eſt. Inter corpora ſanctorũ epi‑
ſcoporũ: in tẽplo apollinis in monte aureo vati
cani palatĳ neroniani. ¶ Hic beatus martyr a
decio ceſare cũ ſuis clericis in exiliũ relegatus
eſt centuncellis. Ibiq₃ a ſancto cypriano epõ
carthagineñ. epiſtolas confortationis accepit.
Tandẽ de exilio reductus decio preſentatur: ⁊
dum immobilis in fidei confeſſione permane‑
ret. Iuſſit os eius plumbatis cedi: et deinde
ad templũ martis adduci: vt aut ibi ſacrifica‑
ret aut ſententiã capitalem ſubiret. Cum ergo
illuc duceretur: miles quidã nomine cerealis
euꝫ rogauit vt ad domũ ſuam diuerteret: ⁊ pro
vxore eius ſaluſtia: que per annos. v. paralyti‑
ca iacebat oraret. Que duꝫ ad orationẽ eius ſa
nata eſſet. xxi. milites cũ ipa ⁊ viro ſuo: dño cre
diderunt: ⁊ a cornelio baptizati ſunt. Qui oẽs
iubente decio ad tẽplũ martis deducti ⁊ expuẽ
tes in idolũ vna cum ſancto cornelio decollati
ſunt. Quorũ omniũ corpora a lucina prefata in
cimiterio calixti ſepulta ſunt. xviĳ. kalen. octo
bris. Circa annũ domini. ccliĳ. ¶ Hic ſanctus
papa ad fabianũ antiochene eccleſie epiſcopũ
ſcripſit epiſtolaꝫ de romana italica ⁊ aphricana
ſynodo. Item aliã de nouato et alĳs qui lapſi
erant. Tertiam de his que in ſynodo geſta
ſunt. Quartam admodum prolixam: nouatiane
hereſos anathema continentem: ⁊ cauſas. Hec
hieronymus in libro de viris illuſtribus.

¶ De ſancto Cypriano epiſcopo
et martyre. Cap. lxxviĳ.

Cyprianus Carthagiñ. epi‑
ſcopus ⁊ martyr
paſſus in ipa ci‑
uitate aphrica‑
na ſub valeriano ⁊ galieno im
peratoribꝰ galerio maximo p̄
cõſule. Qui poſtꝙ mltos chri
ſtianos ad martyriũ verbis et
litteris cõfirmaſſet. Paterno
proconſuli preſentatur. Et poſtꝙ a fide nulla‑
tenus ĩmutari poſſet: in exiliũ ab eodẽ miſſus
eſt ĩ inſulã cordubitanã. ¶ Poſt aliquot mẽſes
inde reuocatus eſt a galerio maximo qui pater
no ſucceſſerat. Et cũ ad ſacrificia deoꝝ cogere
tur: ⁊ ſacrificare nollet: ſententiã ab eo capita
lem accepit. Qua lecta per notariũ cyprianus
dixit: deo gratias. Cũq₃ ad locũ cũ ſpiculatore
veniſſet: precepit ſuis: vt eidẽ ſpiculatori pro
mercede. xxv. aureos darẽt. Accipiẽſq₃ lintheũ
manu ſua oculos texit ⁊ coronã ſuſcepit. Refe
runt̃ etiã paſſi cũ eo creſcentianus victor roſu‑
la ⁊ generalis. xviĳ. kalẽ. octobris: circa annuꝫ
dñi. cclvi. Quorũ corpora a chriſtianis ſepulta
ſunt in via appallienſi iuxta piſcinã eiuſdẽ car
thaginenſis ciuitatis. ¶ Hic beatus martyr nõ
dum ad fidẽ xp̄i cõuerſus: primũ glorioſe rhe‑
toricã docuit: deinde xp̄ianam p̄feſſus fidẽ: et
carthaginenſis epõs conſtitutus: multa ſcripſit:
multaq₃ cõpoſuit. Nã ingenĳ huiꝰ ſuperuacuũ
eſt indicẽ texere: cũ ſole clariora eius ſint ope‑
ra. Scripſiſſe dicit̃ de lapſis volumẽ egregium
contra nouatianos. Itẽ ſacramentoꝝ librũ exi
miũ. Itẽ aliũ de laude martyrũ ad corneliũ pa
pã. Epiſtolas octo. Cõtra nouatũ ⁊ nouatianũ
diuerſos tractatus ⁊ ep̃las: in quibꝰ eorũ con‑
demnant̃ errores. Epiſtolaꝝ volumẽ grãde ad
diuerſos ſcriptaꝝ ſonãti valde ornatũ eloquio.
Hec Hieronymus libro de viris illuſtribus.

¶ De ſancto Tobia iuſto. Cap. lxxix.

Tobias vir ſctũs cu‑
ius p̄fectio
ſctitatis ex
ĩpo ipſiꝰ ſpe
ciali libro colligitur: a beato
hieronymo ⁊ a ioſepho inter
patres ſanctos teſtamẽti ve‑
teris numerat̃. Hic ex tribu ⁊
ciuitate neptalim vnus fuit
ex captiuis filĳs iſrael a ſalmanaſar rege aſſy‑
riorũ in aſſyrios tranſlatis: qui in captiuitate
poſitꝰ via in veritatis non deſeruit: adeo vt cõ‑
tribulibꝰ ſuis euntibꝰ ad orãdũ vitulos aureos:
quos fecerat hieroboã rex iſrl': iſte ſolus iret in

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

hieruſalem ad templum domini decimas ⁊ primitias ſuas fideliter offerẽdo. Hic accepit vxorem annã de tribu ſua: ex qua filiũ genituʒ ſuo nomine vocauit tobiam. Captus aũt cum vxore ⁊ filio habitauit in niniue. Et quia deum timebat: obtinuit a rege gratiam perambulãdi per omnes eiꝰ regiones: qui cõcaptiuos viſitabat: et monita eis ſalutis prebebat. Deueniẽs autẽ in rages ciuitatẽ medoꝝ cuidã gabello contribuli ſuo egẽti ſub chirographo mutuauit decẽ talenta argẽti que habebat ex his: in quibus a rege fuerat honoratus. ¶ Mortuo autẽ ſalmanaſar cum filius eius ſennacherib filios iſrael exoſos haberet: tobias conſolabat eos: et egenis miniſtrabat. Cum ꝟo reuerſus eſſet ſennacherib a iudea fugiens manũ domini: ⁊ iratus multos hebreoꝝ faceret occidi: tobias ſepeliebat corpora eoꝝ. Quod audiens rex tulit omnẽ ſubſtantiã eius: ⁊ eũ occidi iuſſit. Qui cũ vxore ⁊ filio fugiens nudus latuit. Poſt dies quadragintaquinq; occiderũt regem filij eius: ⁊ tobias ad domũ ſuã rediit: omniſq; facultas eius reſtituta eſt ei. Cũ aũt in quodã feſto paratum eſſet conuiuiũ in domo eius: ⁊ miſiſſet filiũ ſuum ad vocandos amicos: reuerſus ille nũciauit vnum ex hebreis in platea iugulatũ iacere. Cuiꝰ corpus tobias occulte tulit: et nocte poſtmodũ latẽter ſepeliuit: ꝓpter quod a ꝓximis redarguebatur: eo ꝙ huiꝰ rei cauſa vix mortis periculuʒ euaſiſſet. Sed ille timorẽ domini omĩbus anteponens ſepulture occiſoꝝ ſollicitus intẽdebat. ¶ Die ꝟo q̃dã cũ a ſepultura fatigatꝰ rediiſſet: ⁊ iuxta parietẽ obdormiſſet: ex nido hirũdinũ calida ſtercora eius oculis inciderunt: ⁊ cecus factus eſt: qui tamẽ in oĩbus patientiã habuit: Et ſicut olim iob dominuʒ in oĩbus benedixit: cũ tamẽ ab amicis irrideref. Anna ꝟo vxor eiꝰ ibat ad textrinũ opus: ⁊ de labore manuũ ſibi ⁊ familie ſue victũ procurabat. Et cũ die q̃dã hedum ad domũ adduxiſſet: tobiaſq; cum balãteʒ audiſſet: vxorem admonuit: vt ſi forte furtiuus eſſet ſuo domino redderef. Ad que illa irata cepit eum verbis cõtumelioſis irritare: ⁊ elemoſynas ſuas in vanũ factas obiicere. Ille ꝟo cũ lachrymis orauit ad dominũ: vt ſuũ in pace ſuſciperet ſpiritũ. Eodem die contigit: vt ſara filia raguelis in ciuitate medorũ audiret improperium ab vna ancillarũ ſuarũ quã increpabat obiiciente ei ꝙ eſſet interfectrix viroꝝ ſuorum. Fuerat enĩ nupta ſeptẽ viris: ⁊ demoniũ nomine aſmodeus occidebat eos: ſtatim cũ ad eã ingreſſi eſſent. Que poſt ieiuniũ triduanũ orauit ad deũ vt a tali eã opprobrio liberaret. Cuius oratio vna cũ oratione tobie vno ⁊ eodẽ tẽpore ſunt in cõſpectu domini exaudite. Tobias ergo cũ putaret ſe exauditũ vt moreref: filium ſuum vocauit: ⁊ eũ de preceptis ſanctis erudiuit: atq; ad ſperandũ in domino cõfortauit: deinde p̄cepit: vt virũ aliquẽ perquireret: qui cum in rages medorũ adduceret: vt debita ſibi decem talẽta argẽti a gabello exigere poſſet. Egreſſus ergo tobias inuenit iuuenẽ precinctũ quaſi paratuʒ ad ambulandũ. Et cũ ab eo accepiſſet: ꝙ omnẽ regionem medoꝝ ⁊ iter nouiſſet: ⁊ gabellum cognoſceret: introduxit eũ ad patrẽ ſuũ: ⁊ audita narrauit. Cui ⁊ iuuenis: qui erat angelꝰ raphael filiũ ſuũ ſanũ ducere ⁊ reducere ꝓmiſit. Paratiſq; oĩbus: que erãt opus in via ambulauerunt ambo ſimul: ⁊ canis ſecutus eſt eos. Mater autẽ filium ſuũ abeuntem amare flebat: ſed eam tobias cõfortabat. ¶ Venientes igif illi ad fluuiũ tigris: exiuit tobias vt pedes lauaret: ⁊ egreſſus eſt piſcis immanis: vt deuoraret eum: quẽ tobias iuſſu angeli manu apprehẽdit: ⁊ traxit ad littus: deinde ipſum exenterauit: ⁊ cor ⁊ fel eiꝰ ac iecur repoſuit: que ei angelus ad medicinam vtilia fore dixit: partẽq; piſcis aſſam comederũt: partem ſalitam ſecũ tulerũt. Quibus pergẽtibus expoſuit angelus tobie: ꝙ cor ac iecur piſcis ſup̱ prunas poſitũ: fumo ſuo extricat omne genus demonioruʒ: fel ꝟo valet ad auferendã albuginem ⁊ cecitatẽ oculorũ: veneruntq; ad ciuitatẽ medoꝝ in qua raguel ꝓpinquus tobie morabaf. Ad cuius domũ dũ diuertere vellent: angelus tobie dixit: qd̄ filia illius vnica ſibi in coniugẽ cũ omni ſua ſubſtantia debebatur. Et duʒ tobias ꝓpter ea que de puella audiuerat ipſam accipere dubitaret: angelꝰ ipʒ edocuit: ꝙ ſuper petulãtes ⁊ deũ non timentes demoniũ poteſtatẽ habebat. Sed cũ illam acciperet: tribus noctibꝰ in oratione pernoctarent: ⁊ de iecore piſcis incẽſuʒ faceret: ⁊ ſic demonẽ effugaret: quarta ꝟo nocte puellaʒ cognoſceret amore procreãde prolis: nõ appetitu libidinis. Ingreſſi ergo ad raguelem cũ tobiam eius cõſanguineũ cognouiſſet gratãter illos ſuſcepit: ⁊ ad conuiuiũ inuitauit. Cui tobias filiaʒ eius in vxorem petiit. Sed cũ pater illam ei dare dubitaret ne forte ei ſicut ⁊ aliis cõtigerat: hortãte angelo ac dicẽte: hoc diuine volũtatis eſſe: ⁊ ꝓpterea aliꝰ eã nõ potuerat habere. Raguel ſaram filiã ſuã tobie deſpõſauit: ⁊ magnas nuptias p̄parauit. Nocte ꝟo iuuenẽ ad puellã intromiſit: qui iecur piſcis ſuper prunas poſuit. Moxq; angelus demoniũ apprehenſum in deſerto egypti ſuperioris alligauit. Exhortante igif tobia ipſe cũ ſara nocte illa in orõne perſeuerarũt. Sed cuʒ circa pulloꝝ cantũ raguel foueã parari iuſſiſſet: vt ante lucẽ generũ ſepeliret: miſit ancillam ad explorandũ quo modo ſe hẽret. Que reuerſa nũciauit ambos incolumes dormiẽtes. Qui deũ ex corde bñdixit: ⁊ foueã repleri mãdauit. Factoq; ſolẽni cõuiuio vicinis ⁊ amicis adiurauit tobiã vt duas hebdomadas apd̄ ſe maneret: ⁊ dedit ei medietatẽ oĩʒ q̃ poſſidebat: ⁊ de reliq̃ poſt mortẽ ſuã ei relinquẽda ꝓmiſit. ¶ Interea angelꝰ q̃ iuuẽis putabaf: rogatus a tobia ad rages vrbẽ acceſſit: a gabello

mutuatā pecuniam exegit: chirographū ei re-
ſtituit: eumqꝫ ſecum ad tobiā reuiſendū addu-
xit. ¶ Raguel igitur filiam ſuā tobie tradidit:
⁊ dimidiū ſubſtantie ſue in ſeruis ⁊ pecudibus
camelis ⁊ pecunia ei cōceſſit: filiamqꝫ ſuam ſa-
lutaribꝰ monitis eruditā in pace dimiſit. Qui
recedentes cū perueniſſent ad charram que eſt
medio in itinere: raphael ⁊ tobias preceſſerūt:
⁊ ſaram cum ſeruis ⁊ pecudibus leto gradu ve-
nire permiſerūt: monuitqꝫ angelus tobiā vt p-
ueniēs domū oculos patris felle piſcis liniret
⁊ cōfeſtim viſum recuperaret. Cum aūt appro-
pinquarent ad vrbem. Anna mater eius que in
ſupcilio montis quotidie ſedebat: filium ſuum
de longe vidit: ⁊ currens viro ſuo nūciauit. Ca-
nis etiā qui eos ſecutus fuerat: cauda blādiēs
precucurrit. Tobias ergo ſurgens duce puero:
proceſſit obuiā filio: ⁊ ſe mutuo oſculantes fle-
uerunt pre gaudio. Cūqꝫ tobias iunior felle pi-
ſcis oculos patris deliniſſet: poſt mediā quaſi
horam egreſſa albugine: viſum ante q̄ttuor an-
nos amiſſum recepit. Nam annorū .lvi. illū per-
didit: ⁊ ſexagenarius recupauit. Poſt dies ſe-
ptem ſara nurus eius applicuit: ⁊ cū gaudio a
tobia ⁊ anna recepta fuit: omnia quoqꝫ que ſibi
acciderant iuuenis enarrauit. Deinde raphael
eis quis eſſet aperuit: ⁊ relicta illis pace diſpa-
ruit. ¶ Tobias ſ̄o in timore dn̄i perſeuerans
annis adhuc .lij. ſuperuixit: ⁊ vidit filios nepo-
tū ſuorum. Et poſt annos .cxij. vite ſue: in pace
obdormiuit. Sepultuſqꝫ eſt in niniue ciuitate.
Mortua quoqꝫ anna eius vxore: tobias cum ſa-
ra, ⁊ filijs ſuis venit ad raguelem: ⁊ cum eo mā-
ſit vſqꝫ ad finem vite ſue: omnēqꝫ ſubſtantiam
eius poſſedit. Et poſt eius obitū in ſanctitate
perſeuerauit annorūqꝫ .xcix. in pace q̄euit. Hu-
ius ſancti ⁊ duarum ſanctarū infraſcriptarum
hic geſta poſui: quia dies eorū obitus ſunt in-
certi: ⁊ ipſorū hyſtorie hoc tēpore: videlicet ad
mediū menſis ſeptembris ab eccleſia leguntur.
Hec ex libro tobie: et ex chronicis ioſephi hie-
ronymi et comeſtoris.

¶ De ſancta Judith vidua. Cap. lxxx.

IUdith vi-
dua inter ſanctas
veteris teſtamen-
ti matres: ſancta
qꝫ ruth regia a ioſepho ⁊ hie-
ronymo cōſcribunt. Quarum
ſanctitatis laudes in earū li-
bris ſpecialibus extolluntur.
Fuit autē iudith de ciuitate
bethulie oriūda: filia merari
de tribu rubē: vxor nobilis manaſſe ab eo ī mul-
tis diuitijs relicta: que nimia pulchritudine in
viduitate caſtiſſima dn̄o ſeruiebat. ¶ Cū ergo
cambyſes filius cyri regis perſarū: qui alio no-
mine nabuchodonoſor appellat: cui pater ad-
huc viuēs regnū aſſyriorū conceſſerat anno .xij.
regni ſui: arphaxath regem medorū in campo
viciſſet: ⁊ regnū eius obtinuiſſet: in ſuperbiam
elatus miſit ad oēs vrbes munitas ſyrie et da-
maſci vſqꝫ ad hierl̄z exigēs ab eis tributa lōge
grauiora q̄ patres ſui. Qui oēs vno animo cō-
tradixerūt. Et indignatus rex miſit holofernē
principē militie ſue cū exercitu inumerabili ad
regiones illas: mandās vt nulli hominū vel mu-
nitionū parceret oculus eius. Qui cū vaſtaſſet
ciliciam ⁊ meſopotamiā: ⁊ madianitas: ⁊ ciui-
tates multas obtētas deſtruxiſſet: ⁊ deos earū
exterminaſſet: peruenit ad terminos terre iſrl̄:
vt expugnaret eos. Timentes aūt filij iſrael ne
ſimilia faceret hierl̄m ⁊ templo domini: clauſe-
runt itinera montiū: et ſe corā domino ieiunijs
⁊ orationibus humiliauerūt ad exhortationem
heliachim ſacerdotis magni. Cūqꝫ holofer-
nes audiſſet q̄ filij iſrael montiū itinera cōclu-
ſiſſent cōtra bethuliā ciuitatem: vocauit duces
moab ⁊ amō: ⁊ interrogauit eos: quis eſſet iſte
populus: aut que virtus eorū. Tunc achior dux
filiorū amon: narrauit ei: quomodo veniſſet po-
pulus ille de egypto in ſignis mirandis: et deo
eorū ſibi propitio terrā chanaā patribus ſuis
pmiſſam admirabili potentia obtinuiſſent. Et
cum deus eorū placatus erat eis: nemo poterat
illis reſiſtere: cū ſ̄o ppter peccata ſua exaſpera-
bant eū: flagellabat eos. Audiens hec holofer-
nes iratus mādauit achior illi populo ſociari:
vt illis pereuntibus ipſe pariter cū eis periret.
Sicqꝫ a ſeruis ſuis adductꝰ iuxta bethuliā ma-
nibus ⁊ pedibꝰ vinctus ad arborē dimiſſus eſt.
Egreſſi aūt fundibularij de ciuitate eū ſoluen-
tes adduxerūt ad populū: quia oīa coram pplo
que ſibi cōtigerāt enarrauit: quē pnceps ozias
in domum ſuā ſuſcepit. ¶ Altera die holofer-
nes ciuitatem bethuliā potēter obſedit. Et ve-
niens aqueductus qui fluebāt in vrbem abſtu-
lit eis aquā. Sz ciues bethulie noctibus egre-
diebant ad quoſdam fonticulos iuxta muros:
quibus vtebant ad refocillandū potius q̄ ad
bibendū. Quod holofernes comperiens: fon-
tibus cuſtodes apposuit: ita vt aqua in ciuitate
deficeret: poſt dies autem viginti venerūt duo
ſacerdotes de hierl̄m ad populū exhortādum.
Et cum populus ſiti deficiēs vellet ciuitatem
tradere holoferni: ad pces ſacerdotū adhuc
quinqꝫ diebus domini miſericordiā expectare
decreuit. ¶ Hoc audiēs beata iudith: primum
quidem eos redarguit: q̄ terminū domino po-
ſuiſſent: deinde eis impoſuit: vt eos eodē ſero
ad portā ciuitatis expectarēt. Premiſſa quoqꝫ
oratione lauit ſe ⁊ induit oēs veſtes ſuas com-
ptas: ⁊ ornamenta tulit: ⁊ ancillā ſuam nomine
abrā ſecū duxit: portans ſecū cibos aliquos ad
edendū. Venienſqꝫ ad portā ciuitatis iuſſit ſa-
cerdotibus ⁊ cuſtodibus vt ſe vſqꝫ ad diem ter-
tiū expectarēt. Cūqꝫ deſcēderet montē tenue-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN